



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 9. Revocantur administrationes beneficiorum vacantium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

bigeret, se putare in Aprilis initio esse Sæcul. XIV.
 conveniendum. Rex autem Pictavium A.C. 1307.
 non petiit nisi sub Pentecosten: ubi am- to. 1. p. 6.
 bo hærebant diu. Papa illuc curiam p. 26. 585.
 suam duxerat, quæ ibi per spatium u-
 nius anni otio fruebatur ob infirmam e-
 jus valetudinem.

§. IX.

*Revocantur administrationes benefi-
 ciorum vacantium.*

Papa Clemens, cum Passaci esset, 20
 Febr. 1307 edidit litteras, quarum
 hæc erat summa: Per amicitiam, quæ Rayn. 1307.
 nos cum quibusdam Regibus, Præsulibus, n. 28.
 aliisque viris eximiis tum lacris tum pro- Extrav.
 fanis pridem conjunxerat, adducti sumus, summ. de
 ut ob importunas eorum preces Ec- præb. c. 2.
 clesiasticis, immo etiam Religiosis Eccle-
 sias patriarchales, archiepiscopales, aut
 episcopales, vel monasteria vacantia per
 vitam suam vel ad tempus custodienda
 seu administranda traderemus. An ta-
 les tantasque gratias largiri deberemus,
 satis expendere, donec Deus periculosum
 nobis morbum immitteret, non potera-
 mus: adeo nos inde avocabat negotio-
 rum multitudo & difficultas. Tum ve-
 ro ab his paulum remoti applicato ad
 hoc examen animo clare vidimus a Cu-
 stodibus istis Ecclesias & cœnobia negli-
 genter; Histor. Eccles. Tom. XXII. Q q gi;

Sæcul. XIV.
A.C. 1307.

Thomass.
disc. part. 4.
c. 63.

gi; bona & jura eorum dissipari; subjectos non inde fructus perhibitos, sed gratia damna spiritualia æque ac temporalia capere; ac timendum esse, ne mala majora in Romanam Ecclesiam ipsam redundent. Proinde omnes has administrationes quibuscunque viris, etiam Cardinalibus commissas reteximus ac infirmamus. Jam tunc itaque agnoscebantur illarum incommoda: & tamen ex illo tempore potissimum sunt multiplicatæ.

§. X.

Petrus Medicus Archiepiscopus Moguntinus.

Trith. Chr.
Span. 1304.
1305.

MS. ap.
Serr. p. 849.

Conradus Epsteinius Archiepiscopus Moguntinus curriculum vitæ confecerat 26 Febr. 1304. Vacuam sedem tam editam Henricus Comes Luxemburgius Balduino fratri suo tum Parisiensis Athenæi discipulo exoptabat. Idcirco ad Papam misit medicum suum Petrum Achspaltium. Qui Pictavium delatus Clementi etiam tum ægro Comitis Domini sui votum exposuit. Sed abnuisit ille ob plures, quas memorabat, causas. Interea haud paulo gravius ægotantem Petrus artis suæ peritissimus tam bene tractavit, ut sanaret. Optime de se meritum Papa esse Præfulem Moguntinæ jubens cum diplomate pallioque remisit. Petrus